

*Ode la lib. del coll. Vom. 62  
BIBLIOTECAS  
SALAMANCA*

# IVRIVM ALLEGATIONES ET RESPONSVM

PRO

VNIVERSITATIBVS CASTRORVM  
Olim Comitatus Aquilæ  
ADVERSVS  
CIVITATEM, ET CIVES AQVILANOS,

Super solutione eisdem Castris facienda ab Aquilanis  
Ciubus pro bonis, & annuis redditibus possessis in  
pertinentijs, & territorijs Castrorum, non obstante  
prætensa immunitate tam vigore assertæ pro-  
miscuitatis, quam figuratæ Consuetudinis,  
Præscriptionis, & Decretorum,

*Explosis omnibus contrarijs tam in Iure, quam in Facto.*

AB V. I. D. IOANNE OROPESA  
Aduocato Castrorum exaratae.

*In R.C.S. disceptanda causa, existente D. Reg. Conf. & Præf.  
IO. BAPTISTA AMENDOLA Commissario.*



In Banca de Dato:

# Summa Rerum Alphabetico ordine.

## A

**A**nnui redditus quando subiaceat Consuetudini Neapolitanæ in successione. num. 100.

Connumerantur inter bona stabilia. 101.

Dicuntur esse in loco rei debendi. 102.

Non sequuntur personam. 103.

Collectantur in loco rei sitæ. 104.

In eis collecta transit ad creditorem. 105.

Etiam quod ad sit pactum immunitatis. 106.

Exigitur eorum collecta à septem, & quinque per centū quando debentur ab Universitate. 107.

Aqua, quæ nascitur in fundo meo, est mea. 59.

Aquilana Ciuitas quo tempore, & à quo adificata. nu. 27.

& num. 62. & 65.

Aquilani ex ordine Caroli V. tenentur soluere collectas in locis Castrorum. 34.

Volentes ducere aquam à Castro vitiori pecunia illi compararunt. 58.

Territorium ipsorum in Ciuitate quod habent. 57.

## B

Bernardinus Cirillus Aquilanus Cronista cōprobatur. 66.

Bona, quæ sunt cōmunia, videtur uniuscuiusq; & socijs. 30.

Bonatentiam soluū in Regno exteri in loco rei sitæ. 16.

Etiam quod sit Castrum, vel villa. ibidem.

Soluere tenentur Aquilani in locis Castrorum. 35.

Tenentur soluere emptores censunt ab Universitate, & quomodo. 108.

Etiam quod fuerit promissa immunitas. 109.

Et ita solitum, ibidem.

Buccius de Rinaldo Aquilanus Scriptor memoratur. 64.

Lucem det aspicere, qui de  
tenebris vult iudicare.

D. Greg. in homil.

**A** B æuo agitata controuersia inter Civitatem Aquilæ, & Castra olim eiusdem Comitatus super solutione facienda ab Aquilani ciuibus in terris Castrorū pro bonis posses-  
sis in territorijs eorūdem, super quæ alias scrip-  
fere Aquilani Patritij Alexáder Trentacinque,  
& Ioseph de Rusticis, implendo potius munus assentientium ciuium, quam cordatorum Do-  
ctorum; Nunc cùm denuò excitetur à denega-  
ta solutione facta à quibusdam Aquilanis Uni-  
uersitati Nauelli detinentis collectam bonate-  
nentia pro annuis redditibus ab eadem Uni-  
uersitate persoluendis prædictis Aquilanis; ut  
res quæ tantoperè perstrepuit, finem hoc tem-  
pore sub tanto Integerrimo Domino Praeide  
Commissario, tantisq; eximijs Senatoribus cō-  
sequatur, libeat sequentes reassumere theses.

- 2 Primò, an Iure petant Aquilani ciues tanquam *Cōclusiones* exteri à Castris exemptionem à collectis pro *disceptandę* bonis stabiliibus sitis in pertinentijs Castrorum prædicti olim Comitatus, & unusquisque ipsorum titè possit hac immunitate se tueri.  
Secundò, sive exteri illa immunitate frui nequeant, an saltem ex propria ipsorum perso-  
na, vt ciues Aquilani aliquo priuilegio, vel ex  
antiqua taxatione facta in Ciuitate Aquilana.